

24 Cap. III. De Fabariensiis Thermarum

flammaretur, appellitare voluerunt,
Vesaniæ memet damnabit posteri-
tas, si minutissima quæque perse-
quar.

Caput III.

LONGITUD O, LATITUD O,
Altitudo, profunditas Antri.

Septempeda.

FA B A R I A altissimus omnium
descensus est ad Thermas; Con-
stat enim vlnis, seu septempedis quæ
plurimis. Septempedam, siue vlnam
voco, mensuram tantum longitudi-
nis continentem, quantum comple-
tuntur duo brachia procerioris Vi-
ri vtrinque extensa, seu quæ cōmen-
suretur longitudini Septem pedum
artificialium, germanicè (**ein Klaff-**
ter) aut quæ tantæ perticæ habeat
longitudinem, quam Vir procerior
eleuatâ dexterâ primoribus digitis,
pedi suo dextero insistentem stans
attingere in summo possit. Sunt
vero

longitudine, latit. altit. & profunditate Antri. 25

verò septempedæ ab publica viâ, & initio descensus Fabariâ usque ad scamnum quietis (**Ruhbant**) appellatum ducentæ viginti tres; Inde usque ad pendulam scalâ, ubi via Vallencensis & Fabariensis ad Thermas eoëunt nonaginta & una; Ad Sacellum postea quinquaginta duæ; ad Thermiarum fontem denique viginti sex. Et sic vniuersim descensus Fabariensis conficit quadringentas septempedas. Distant petræ apud fontem, quinquaginta passus circiter. Dominorum Thermæ (**Heurn Bad**) longæ sunt Octodecim pedes, & quatuordecim latæ supereminenter Thermis maioribus duabus Septempedis. Thermæ inferiores siue maiores longæ sunt, quatuor Septempedas, & duos pedes, latæ tres vlnas & duos pedes. Vtraque natabula, seu lauacra capiunt trecentos simul. Ab Thermis inferioribus in torrentem sunt septempedæ tres & pedes tres:

D

tres:

26. Cap. III. De Fabarienfum Thermarum lōn-
tres: Diuersoria siue hospitia distat
inter se septem Septempedas & di-
midiā. In harum domuū medio
paululū ad orientē interiacet Ther-
marum gurgustium, quod abest à su-
periori hospitio quatuor vlnis. Ex
domo superiori, eiusq; infima trabe
in torrentem sunt quinque & dimi-
dia Septempeda. Ab inferiori do-
mo septentronem versus, sita, usque
in torrentem sunt quinq; vlnæ. Ex
Thermis Valentiam usq; sunt vni-
uersim quadringentæ, nonaginta
duæ Septempedæ. Ragatzio absunt
Thermæ, prope sesquihora. Ab
Gurgustio rotæ calcatis, que lignæ
am materiam ædificandis domibus
necessariam fune in antrum depo-
nit, sunt Septempedæ octoginta:
Atque à ponte summo distat torrens
octoginta vlnis. Fuhis quo lignæ
trufatili rota in pontem demittun-
tur, Cannabis sexcenta pondo conti-
net; longaque dicitur vltra Octogin-
ta vlnas.

Tam

Tam Valentziâ quam Fabariâ per altissima montiuni deuexa & acclivia vsq; ad speluncæ ostium descendimus, vbi biutum coit, ac suaptè naturâ, ingenio, lapideo ponte riuum, faucesq; horrendas texit, struitque. Cæterum eam lapidum molem ad quā vtrinque scalis affixis & dependētibus, peruenimus ex altiori loco casus aliquando, eodē detulit & pontem molita est. Auortum memoria tandem illic saxorum aream fuisse aiunt, vt vniuersis lignis, quibus ad focum & fornaces vtebantur hospites, findendis locus sufficeret; Lignatore autem forsan pileo thora, ac securibus ibidem relictis, & ad prandium egresso maximam saxi molem in profundissimum torrentem, sua sponte præcipitatum esse, spargunt Incolæ, indeq; extare pontem bipertitum.

Vt viarum mensuras præcellens Geometer Quarionius descripsit,

28 Cap. III. De Fabariensium Thermarum longa
etiam adscribo. Eadem non infite-
bor etsi in nonnullis subambigam.
Fides Auctorem respice. Nos à
vulgari, & rustica regula, secundum
itineris declivitatem, omnem ferè
desumpsimus commensurationem.
Ille ita linea recta diuimensus est.

Ab descensu initio, inquit, via
Fabario ducente usque ad Scamnum
quietis quod amplior & plurimum
procerae arbori Fago accubat, di-
mensæ fuere septempedæ 42. Ab quietis
scamno per ligneos & scandilis
vię gradus ad id locorum descendendo,
vbi re undequaque accurate per-
uestigata, ab condito terrarum orbe,
indubie primum Riuus Tamin-
na defluxit, priusquam temporum
successu, Vallem ipsam & petras ma-
gis & profundius ad hodiernam usq;
abyssum perforando corrosisset, sunt
ad 36. septempedæ. Illinc (quod
sex septempedas scalæ pensili supe-
reminet, quæ Riuus per montes pri-
mitus

mitus cucurrit) usque ad scalarum altissimè Fabario vehentium finem & graduum Pontis in fauces ipsas deportatis initium, circa transuersum latissimum saxum sunt decem septem pedæ. A capite pōtis ad Capellā usq; similes septem pedæ duodecim. Indidem à Sacello per omnes scalas usq; ad inferius Nymphaeū sex septem pedæ. Ab inferioris balnei profluxu in ipsam Riuī alueisque profunditatem propemodum quinque septem pedæ cum dimidia. Vniuersim ergo descensus ab summitate Fabario in ipsam Torrentis modernam abyssum continet 112 septempedas'. At indidem ubi sub mundi exordio fluvius per medium montium superius in excelsiori valle pertransiit continet 34 septempedas'. Vnamquamq; septempedam pro pedibus septem artificialibus computando. Pedem vero pro duabus spitamis'.

Mensura Pe-
dis.

Ante oculos ergo tali Montis corrosione præhabita, measurâ item

D 3 motus

30 Cap. III. De Fabariensium Thermarum lon-
motus à Mundi cunabulis, per annos
5592 rite obseruata, Ratio monstra-
bit ab Orbe condito sub annū 1656
vsque ad cataclysmum montis pa-
uimentum inter conuallem vtramq;
Riuī cōtinuo attritu decem septem-
pedas, duos pedes & septem pollices
profundē exesum atque excavatum
esse, nimirum à principio deorsum
ad saxeā plenamque molem illam
ad Pontis Thermalis caput iacētem,
vbi viæ ē Valens & Fabaria congre-
diuntur.

Verum ab Orbis Diluuio ad Chri-
stum vsque spatio 2306 annorum,
circiter ad 13. septempedas, pedes
quatuor, illorsum scilicet infra Sa-
celli petram semiseptempeda ferē
Rupes profundius exesas esse arbit-
trari placeat. E Cælis tum proximē
labenti vnigenito, quodāmodo Ri-
uus lapidarum officium antecoc-
cupās, Sacrificij stationem illic præ-
parare videbatur, quo loci sæculo-
rum

gitudine, latitud. altit. & profunditate Antri. 31
rum tandem fluxu Numen vastissi-
ma in hac solitudine hostijs coli &
placari posset.

modo inter Seruatoris natalem
& mundi Cataclysmum tanto anno-
rum decursu, videlicet bis mille tre-
centorum & sex, tam vastam euasissi-
moris Cauernam facile captu fue-
rit. Quando equidem ex præcelsis
desuper specubus saxa, congesta hu-
mus, ligna, niuum labinas, etiam
num hodie persæpe irruunt & Impe-
tu Torrentis tempestuosiori crebro
importantur, ut adeo meatus fluuij
talium illapsu & iniectu rerum ad
quinque aut sex septempedas in du-
rissimo monte occidentem versus
alicubi tamen magis minusque pro-
varianre Rupium mollitie aut duri-
tie, excauando perforauerit. Inter-
dum & ipse Torrens vi quadam sub-
itanea, in Rupium cauo nolens de-
tentus impeditur, donec perrumpat.
Quamobrem tam prolixo annorum

33 Cap. III. De Fabariensium Thermanum lan-
interuallo Torrens in supernis sese
continuerit faucibus necessum est.

Ex istis modò propè elicias, quo
Christi anno prima balnei Scatebra
in Dominorum Nymphæo primitus
patuerit. Cum enim à salutari Chri-
sti aduentu adusque modernum an-
num 1631. inde infra Sacelli Rupem
in ipsum intimum Torrētis fundum
10. Septempedæ & sex pollices, col-
lato temporis cursu, atque ab eodem
Sacello ad primā Dominorum Sca-
tebram quinq; septempedæ cum di-
midia rursum metiendæ sint, illud
omne spatum intra 917. annos, rapi-
do Torrentis cursu usque ad Domi-
norū Scatebram perrosum & dis-
cussum fuit. Et quoniam ab illa
Dominorum Scatebrâ ad alteram
inferiorem & vberiorem, quam &
Caldarium aiunt, iusta septempeda
distat & temporis fluxum 204. an-
norum correquirit, liquet Caldarij
magnam Scatebram Anno Incarna-
ti DEI

gitudine, latitud. altit. & profunditate Autri. 33,

ti DE 1 1127. ante videlicet sui in-
uentionem (quæ in Annum salutis
1240. incidisse creditur) annis 113.
(ita tamen ut incognita foret) Do-
minorum porro Scatebram Annis
223. prius contigisse Cæterum ad-
*huc profundior Calens Scatebra (**dcc.***
Gumpen) *hodie iuxta Torrentem*
profluens vnâ cum reliquis calenti-
bus fonticulis ab inde rupibus altius
*erosis etiamnum serius dete*cta* pa-*
tuit, & insuper ducentorum lapsu
annorum, Torrente tam profundius
sua vi magis subsidente (namq; tan-
tum ducentis annis videlicet septé-
peda profundius Rupes suo arrosu
cauabit) plures Scatebræ calenti-
um aquarum usui humano idonæ
fortassis ebullient.

Quod deinde ab remotissimo Mū-
di exortu durissima isthæc Montis
machina deorsum ex sublimi in mo-
dernam Cauitatem ingentis, rapidi
& impetuosi Torrentis transcursu

D 5 sensim

34 Cap. III. De Fabariensium Thermarum longis
sensim miraculoſo ſtupore perforata, diſiſſa & excauata fuerit, utriq;
in montium lateribus diuersimoda
excauationis & perroſionis à summo
in imum reliqua ſigna conteinantur,
quæ paſſim, aquarum & impetus
etiamnum manifeſtè repræſentant,
ut neque tantum id oculis ſpectari,
ſed enim manibus conrectare liceat,
quodque adeò nemo niſi ſenſuum
impos, in dubium vocare, ne dum
abnuere, perpoterit.

Inferas hinc demum non ſolum
Dei & naturæ obſtupescendū Ma-
gnale in vera & primordiali Orbis
creatione ex nihilo productum in-
timis animi ſenſibus admiratione
summa ſuſcipiendum, ſed & multò
efficacius inde impiā & hodie, Eheu!
plurimum degrassantem Atheorum
horribilem ſectam confundi, con-
futari, euerti que, qui in adiutorium
voluptuariæ ſuæ viṭe Deum Cæli &
terræ factorem perfrictissima diſſi-
tentur

Dicitur hic
Athei eſſe
Deum
mundi.

gitudine, latitud. altit. & profunditate. Antri. 32.
tentur fronte, (ò Inspector omnium
Ocule cur connives? nec statim in-
mittis ignes & tonitru, & fulmina,
sed vindictam supersedens differs?
Imperuestigabile tuum judicium &
humanis ratiocinijs inaccessum.)
& contrà, mundi æuternitatem ad-
firmare nequaquam cohorrescunt,
vnâque insaniam Orbis suam faciunt
testatam: Quasi verò æternitas non
infinities aptius viuenti Deo, quam
emortuæ, limosæ & quotidie corru-
ptum cuncti terrarum moli conue-
niat.

Sin vibilibet præ oculis remanen-
tes in rupibus notæ, Taminnæ impe-
tu à Mundi partu, fascijsque impres-
sæ, abforent, affatim sufficiat illa ad-
miranda rotunditate & capacitate
multum speabilis B. M. Magdale-
næ dicta & dicanda spelunca apud
Aquæducum translati Balnei yisen-
da, quam inferius describo. Toti-
dem attulit & intulit ille Geometer.

Id

Id certum, temporū per lapsu Ther-
marum Speluncam vi fluminis pro-
fundius quotannis excauatam.

Caput IV. PONS THERMARVM.

FABARIA & Valentziā ad cal-
cem riui intratibus, pons ligneus
ad Thermas usque descendens à Me-
ridie occurrit mirabili artificio, ru-
pibus ex parte Orientali infixus &
annexus. Anno 1543. Maij 12. tra-
ctatum primo de ligneo hoc Ponte
construendo, cum Fabro quodam
lignario Magistro Valētino Schmidt
ex Sylua Brigantina, Nobili impri-
mis Architecto, alijs itemque operi-
bus Senatoria domo Curiæ, & Ilano
ponte ad Velcuriam claro & famoso.
Pepigit ædificium Pontis, Reueren-
dissimus Abbas Ioānes Iacobus Rus-
singer eertis quibusdam articulis.
Videlicet Valentinus re ipsa & no-
mine

Caput X.

MIRABILIA THER-

MARUM.

Nec aquarum natura à miraculis cessat, id quod per orbem varijs in locis palam est per fontes diuersos; Fabariensis tamen tam stupenda atque admirabilis tepela sentitur, ut omni sub sole homini aptus, acceptus & gratus nullique aduersus sit. Id singulare quoque habent Fabarienses Thermæ, teste Fabritio Hildano, ut quam prijuni aliquis eis insederit libidinem ac stimulum Venereum ipsi auferant. Felix Malleolus Canon: Turicensis, Paulus Wickardt Tugij Medicus adstipulantur. Ego autem ex eo fonte potantes, multò efficacius amorem ponere crediderim homines. Absoluta vero balneatione mox in pristinum statum redit natura cum fænore.

Neque

Thermæ Fa-
bar; carnis
stimulum
separant.

Neque id absque singulari DEI fit
prouidentia. Sapissime enim ho-
mines in alijs Thermis propter ea-
rum calorem ad libidinem vehe-
mentius pruriunt, vnde operationes
Thermarum magnopere salacitate
impediuntur. Sitim insuper ut ex-
perimento didicimus, sola infessio-
ne sui, etiam vehementissimam, con-
tinuo sedant aquæ Fabarienses: Quo-
fit ut Fabarij in Thermis præter sta-
tas epulationum horas, nulli Balne-
atores, vel commissentur, vel poti-
tent, nisi qui forte intemperantæ
habitum illaudabiliter acquisierunt
ante, vel ob debilitudinem id facere
coguntur, quemadmodum in alijs
vsiuerit Thermis'. Patauinorum
aquis calidis herbas virentes & Pis-
norum ranas innasci Plinius tradi-
dit. E Fabariensi Fonte calido &
viuos quondam anates extitisse vul-
gus existimat. Et ranas prodire
quanquam rariissime ex ipsa origine
& Fon-

Sitim sedant.

Plinius.

& Fontis cauerna hisce oculis vidi-
mus. Matronæ cuidam Tigurinæ
ante triennium defunctæ viuus anas
ad pedes assilijt, in Fontis origine
balneanti, vt grauissimi viri retule-
runt extra iocum.

Quos lymphatos agit fons Faba-
rij, aut verius præterlapsus Torrens,
ij Musicam Melodiam, fidium, fistu-
larum, chelyum, lyrarum vel tibia-
rum & vtrium simphoniam, alij ra-
tiūs Tubarum, tympanorum, cam-
panarum, molendinorum strepitus
se exaudire arbitrantur: Magno au-
rium dulcore priores afficiuntur.
Hi memorabili cruciatu insuper in
Torrentem se præcipitandos, gladio
animaduertēdos, aut in vincula con-
iiciendos vigilantes somniant. Ve-
rum vtrique pauxillum de cauerna
Thermarum egressi, absque vlla va-
letudinis iacturâ resipiscunt, nec si-
ne successu balneas deinde usurpant
& recipiunt. Desilierunt nostrā
memo-

memoriâ duo inter soporē, in ipsum
præterfluentem Taminnam. Alter
ex Thermis Vir, alter ætate puer ex
rupe cui infima scala incumbit, idq;
admodum alte, sed enim neuter Dei
prouidentiâ vel vnicō capillo lœsus:
Ambo namque ex aqua incolumes
per Thermarum famulos funibus at-
tracti fuerunt. Maximum illud na-
turæ opificis portentum, quod fons
Fabarij hyeme velut interquiescens
propemodum in totum, exarescat,
vixq; ratio hactenus haberi vlla po-
test, quo tempore accedat vel rece-
dat; Tam sibi dissimilis nostro æuo
abitus & reditus est. Maiores nostri
in autumno Mense Octōbri hanc a-
quam exiccari Mense Maio iterum
copiose erumpere scripserunt. Id
tamen cum discrimine intelligen-
dum aiunt Accolæ & Incolæ. Hyems
enim si asperrima & siccissima tunc
omnino se se subducere, neque ante
medium, finemue Mensis Maij redi-

te,

111 Cap. X. Fabariensium Thermarum

z̄e, hyems verò si pluuiosa fuerit, a-
quam quidem profluere, sed minori
copiâ & subrepidam esse affirmant.
Sæpe numero obseruatum quo se-
rius abiissit, hoc tardius itidem re-
fluxisse. Seniorum memoriam ab-
fuerat Thermæ usq; ad solstitiū æstiuale & quidē Anno redempti Orbis
1596. ut Pater Ioachim Malegg Ar-
tū ac Philosophiæ Magister, & Fa-
bariensiū Subprior assignauit, men-
se Aprilie etiamnum calidæ & integræ
subito euanuere, Mensis postea Iulij
initio primum cum summa omnium
aggratulatione pridem & procul
expeditatæ ac optatæ reuerterunt.
Anno 1628. penitus nunquam Fons
exaruit, Anno 1629. solummodo
per octiduum ab Dominica die quam
Ecclesia Lætare appellat, usque ad
Dominicam Passionis dictam, ma-
nare desierat. Hoc anno 1631.
cū fons trimestri fere spatio absu-
set, & Reruerendissimus Abbas Io-
docus,

docus, ad noui Nymphæi ædificium
visendum 14. die Aprilis per Antrum
descéderet, fortuitò intromissâ ma-
nu in caldarium sensit frigidam inibi
congregari. Et ecce! in reditu à no-
uo balneo cum denuò accederet, vi-
dit calidam refluere cum amabili
murmure, iucundaque subsultatio-
ne super effluere, & subtilest sursum
vapores ejcere. Dextram igitur
denuo intromisit, ac reducem Nym-
pham lætus adeo felici omne salu-
tauit, moxque Deo ac Deiparæ bre-
uiculam gratiarum actionem adnu-
merauit. Gurses autem calidus
Torrenti vicinus veterum iuuenum-
que æuo semper perennis solem-
nisquis fluxit. Dominorum Ther-
mæ hoc septennio semel æstate ali-
quo nunquam fluxerunt etsi perpe-
tuo tardius quam inferiores Ther-
mæ nobis annuatim restituantur.
Supra balneorum tectum & in domo
superiori paucioribus annis calidi-

Fontes

mali tempore radices herbarum vi
caloris terræ , in ipsius visceribus
propter aëris ambientis Frigidatē in-
clusi atq; retenti, nouum Robur ac-
quirere videmus, ita etiam seminaria
harum Thermarū tempore hyberno
in ipsis terræ visceribus retinentur,
nouasq; reparant vires, at experien-
tia contrarium edocet ; cum & hye-
me ipsa saluberrimas & efficaces
omnino esse sciamus , & interdum
biennio integro sine intercapidine
& vlla virium suarum interpolata
restauratione profluxisse viderimus.
Sed cur Thermæ Fabarienses vt plu-
rimùm quot annis per hyemem si-
stuntur & arescunt ? Vere autem vel
æstate primum denùo promanant ?
An quia hyeme meatus & anfractus,
intra rupium lacunas , alicubi gelu
glacieq; obstipati calentium aqua-
rum iter fluxumue prohibent ? An
quia in Thermarum coquinam hye-
me conglaciatis vndique petris , in-

sufficiens, & parcior aqua influit,
vnde neq; Dominorum Thermæ,
neque inferiores manare possunt?
An quia Cælestes influentiaz, vt pla-
2. sent: dist: cet S. Thomæ hyberno tempore, eas
4. 4. l. art: 5. sursum euocare nequeunt, an quod
alij affirmant, terræ insit vis attra-
hendi aquas, quam sicut venæ San-
guinem ex hepate lambunt, isthæc
ex mari aquam trahat quæq; duran-
te Bruma inbecillior sic? An potius
quæ in Aquæductib; fieri videntur,
prioræ aquæ Marinæ, ex quibus om-
nes mundi fontes potissimū enascū-
tur, à subsequentib; protruden-
do tandem per varios anfractus effe-
runtur, hyeme autem alicubi retar-
dantur frigore, aliaque occultiori
causa? Hæ siccatae per hyemem A-
quæ Thermarum, rationes, si disipli-
cent, mecum assuera, hunc Therma-
rum abitum, vti maris quoq; fluxus
& refluxus esse ex genere eorū effe-
tuum, quos naturæ auctor nos admi-
rari

Tract. de
Ther. Fa-
bari.

rari, scire autem nequaquam voluit.
Et hæc per mira tanta miracula
Thermarū, quid nisi magnale Facto-
ris sui loquuntur? Paracelsus, vix
aliquid de exiccatione & defectu fô-
tis & reditu eiusdem, recte scripsit,
nisi illud admittas, quod solis syde-
rumque secretâ virtute Fabariensem
Fontem hyeme siccari, subsidere &
inarescere, vere nouo elici, augeri &
reproducere existimat, quemadmo-
dum vernante aut æstuante Sole.

*Et purpurasit Sanguineum Rose
Ostrum, ac odorum lilioli niuer
Ebur, gemitq; onusta Vitis
Pampyneo grauidata Nimbo
Et rursum stata vice cadunt.*

Caput XI.

VSUS THERMARVM

PRÆTER aliarum balnearum
morem, usus Thermarum Fa-
barij, admirabilis est, siue Magnates,
siue Plebeios species. Prima Maij
K 2 die

124 Cap. XI. Fabariensium Thermarum

die, vetere Calendario sub vesperum
innumerabilis multitudo, ex vicinis
agris, Alpibus & vallibus accurrit,
omnisque circumfluentium fæx, in
Thermas partim valetudinis, partim
voluptatis gratiâ descendit, per uigi-
lē in aquis noq̄em trahentes, quam
lotioni iustæ, absolutæque balneo-
rum curæ æ qui parant; Postero ma-
ne abituentes, interulas crudiores
ex canabæ, Thermalibus aquis stu-
dio inebriatas amiciunt, vim Medi-
cam inesse rati. Quod & nonnulli
Nobilium hospitum circa industia &
lintermina madefacta abituri obser-
uant. Et quod alibi scrupulose
magnis impensis Medicorum suau-
fieri consuevit, ut gradatim ac sensim
ascendendo & descendendo quotidie
per horas balneæ auspicentur & fini-
ant, Fabariæ non obseruatur, sed ple-
riq; deditâ opera, maximo cōmodo,
& securi aduersorum casuum, primis
statim diebus, Thermas plurimis
horis

horis insident. Hinc euenit, ut multi dies noctesque Thermis nunquam egrediantur sed cibum simul & somnum in ipsis capiant. Ditioreſ id propter voluptatem, quam ex Thermis percipiunt, pauperes autem propter egestatem, vel quo citius lotionem omnem absoluant, ex pediantque : Plerique etiam Magnates in gloria ducunt praeter integros dies, plarimis horis etiam nocturnis posse Thermarum calorem perpeti ; quidam insuper plurimo potu Thermarum gloriantur.. Etsi autem locus per ſe insuavis, deformis & squallidus sit, in Thermis tamen tanta est voluptas, eaque verè ſola, ut multi per octiduum, eis non excedant. Ita & Nobiles quidam magno cum fructu faciunt, non tamen ſemper modus ille perpetuò Thermis innatandi, omnibus conducibilis fuit. Qui autem ita continuò & fine intermissione Thermis insident, nouem, decem.

cem aut duodecim dierum spatio, totum negotium absoluunt. Multi tamen hanc indefatigatam balneandi rationem non probant, dicunt namque strenua hac lotione, calorem natuum partesque Nobiles mirum in modum labefactari. Experientia tamen & usus rerum Magister in plurimis contrarium ostendit, ad quam tamen experientiam sic ait Guarinonius². Experientia haec fallaciæ Elenchum patitur, complurimi leuiculum morbum violentâ naturæ oppressione curant & vitam interim multis annis necessario decurrent, calorem naturalem diripiunt humidum radicale corrumpunt. Nullus quippe excessus naturæ, non certo detimento est: licet non cito ob resistens naturæ robur se prodat; ac veluti qui venenato Hydrargyro perunguntur, à lue quidem euadunt, sed breui post secutura omnium virium iacturâ. Evidem nullum principium

cipium Physicum est, quod huic violentia non reclamet, quod obiter conscientiam compulsus innuere omnino debui. Pauciores vero & opulentiores tres septimanas circiter lauant, eoque amplius prout morbi, vel corporis conditio postulant. Quam plurimi orta præfertim corporis excoriatione ne quidem tantillum foris vel in mollissimo lecto subsistere volunt aut queunt. Aquæ enim egressos quasi magnes attrahunt. Alij præ assiduitate balneandi, & insomnio ad insaniam rediguntur, & interdum aquis Thermalibus, viciniis juxtim sedentibus & sopitis, aliqui hauriuntur.

Alijs sæpen numero immaturè & inconsultè nondum absolutâ lotione, cum eis subitum Patriæ desiderium admouetur digressi, maximo incommodo, trium, pluriumue dierum iter subinde relegere, & ad Thermas reuerti aut certè sequenti anno,

balneationem repetere compelluntur. Gulæ felicitates, mensarum decus, crapulam, temulentiam, vinaque generosa non fert vsus Thermarum Fabariensium: Nec iocamur tecum, nec terremus'. Quin etsi ele^tissima vina inferas, loci secretius ingenium illâ breui mirabiliter corrumpit, alteratue. Vnde alternis diebus, parumper tatum importamus ne continuo aceat, aut muceat. Idque non sine singulari D E I prouidentiâ accidit. Quid enim quæso impedit magis operationem Thermarum quam in cibo, & potu, tot lautitiæ & excessus?

Audite mortales : pretioso & Crystallino hoc Thermarum Fonte nullum gulonem, ne dum bibonem impunè diu lauari, nobis tacentibus, experientia vociferatur.. Res prudentibus nota, vinolentis quamquam immeritis, præ commiseratione, breuiter repetenda. Scitum

cos

eos qui cum ex validiori forsan mo-
tu vehementius incaluerint, si æstu-
antes etiamnum sitim continuo vini
haustu liberaliori obruant, confe-
stum paullum post Hæticam aut ali-
am pestiferam febrim, aut si optimè
cedat crassum & præualidum capitis
catharrum aut pleuritidem, seu quid
simile, tam importuno potu incui-
tabiliter, pro dolor! incurrere, com-
plures mortem ipsam. Causa est,
quod dum intus forisque poris &
meatibus corporis ubique apertis,
homo exardescit, humoris existat
appetentissimus, quo fit, ut gene-
rosius merum largiter exhaustum
sine mora quantocytus, antequam a
stomacho excoquatur, crudum per
Hepar in venas, inde per omne cor-
pus transmet. Eam immaturity-
orem & crudam humiditatem, hu-
manæ conditioni comprimis noxi-
am molestia, putor, ægritudinum
lethiferarum parens corruptio in-

fallibilis consequitur. Istud si corpori semel aut semihora duntat inflammato subaccidit, quid integrum diem ex calidâ balneanti? Vbi intimus sanguis ad extimum cutis per excoriationem exsugitur, & corporis omnia patent? Tum longè celerius largior vini haustus apertū corpusculum, absque obstaculis undeaque peruadet, Thermæque ingurgitatum merum semicrudum & putridum in locum duoti sanguinis attrahent. Permitte mihi, sepositâ quæstione, paucis irasci, & castigare vinolentiam. Non sunt ad cauponam fauibus, ventre ore & lingua contenti, oculis quoque vinosi sunt. Bibitur auro, gemma cry stallo, crateras magnos statuunt, nisi splendeat, rubeat, subpallescatur, aut candicetur in vase vinum, stomachantur, cogitur, vrgetur, ridetur, prouocatur sobrius'. Sic sitiunt, sic bibunt, sic respondent, sic pereunt.

Funeri-

Funeribus suis arridendum est. Deus
meliora! Sed ad propositum no-
strum.

Nunc hoc viuendi, imo bibendi
modo plerumque Thermae saluber-
rimas ægris obfuisse comperimus?
Non quidem ex se, sed ob intempe-
stiuam commessionem. Quia au-
tem incommoditas loci Thermarum
Fabariensium, ut in vietū magnopere
excedatur, non sinit, fit ut Thermarū
vires, non interrumpantur, sed sine
impedimento lotionem promoue-
ant. Assolent quoque ipsæ Ther-
mæ, nonnullis diebus edendi appe-
titum sistere, cum videlicet perma-
ximè operantur, magis autem siti-
bundi pro potu perfusum aquâ pa-
nem, vella & culæ Thyrsum, vel suc-
cosi pomi cythrorum, arantiarum,
granathorum morsum, vel frago-
rum grana sacharo obspersa adhi-
bent. Quibus Thermæ potissimum
salubres fore creduntur, eorum cor-
pora

pora protinus suetu quodam inuadunt, & ut morsus videri possit, stomachum quoque eis & intestina attrahunt, ac spinæ dorsi quodammodo contracta affigunt, eaque omnia inania & leuia faciunt: Cibi desiderium vehemens accendunt, hilares & recreabundos efficiunt. Quibus autem noxiæ & exitiales futuræ sunt Thermæ (si tamen vllis vñquam fure) primo nauseabundi crebris rugibus perurgentur, Hypocondrya murmurant & extenduntur, venter inflatur, vires prosternuntur cibi fastidium oboritur. Hæc si alicui acciderent initio ingressus Thermarū ex Antro in Valēz, aut Fabarium proficiscitur quò deuenienti, è vestigio meliusculè erit, & symptomata remittunt. Quamquam hæc aliquibus eueniant nihilominus tamē Thermæ s̄epius cum fructu vlos fuisse memini, inter quos fuit Serenissimus Princeps Raziulus Dux Birze Dubincki, ac Schlurko,

Schlurko, quē honoris causā hic sæpi^o nominasse voluerā: Qui diligenter assiduo Thermis innatant, plerunq; altera; tertiaue die, in aliquibus quoque viginti quatuor intra horas apparet excoriatio siue Epidermia.

Nonnulli officij tantum causā, amicos inuisentes, dum blandiente aquarum temperie, diutius aliquāntulum Thermis se proluunt, improuiso aliquot horas exulte-
rati, rubeā scabritie inficiuntur: atque inuiti postmodum, præter opinionem balnei curam instituere coguntur. Tantum quidam excori-
antur ut si loti indusia superamici-
ant, aut lecto se cōmittant, vna cum
ipsis linteaminibus & interulā ad
Thermas sint deferendi: Alij quam-
diu ibi subhærent, iterum iterumq;
excoriantur, alij nedum semel qui-
dem quantumcunque lauent, his ta-
men proinde, ac illis prodesse ani-
maduersum fui. Ex quo vnicō, vē
cætera

cætera secludam, neruosa, irrefragabilia vtilissima & perquam maximè ad salutem publicam necessaria colligent Theorematā, synceramue ab fucatā balneandi ratione facili negotio discernent Archiatri. Thermæ Fabarienses, quamdiu fluunt, salutares esse ab Incolis perhibentur, tametsi per omnem Hyemem, ob frigoris asperitatem eis uti vix quisquā possit. Duos leprosos olim totā hyme illic lauisse & non omnino persauatos fama vulgauit. Quin eosdem & plene percurandos fuistē, ne quidem subdubit at noster Guarinonius, dummodo, inquit, cum balnei vsu, pro medicorum arbitratu, internam quoque sui adiunxissent curam. Aitque præterea Ego vero neque lepras (nisi vetustate admodum confirmatas, queque in Elephantiasis migrauere) ab his Thermis proscriberem, quin potius præmissā, tam corrupto humorī congrua frequentiore euacua-

euacuatione , integrè percuratum
eos iri , certis , certum quodammodo
habeo , rationibus , satis est veteranas
& contumaces scabies (lepræ sorores) ab eis extergi & emundari . Id
quod leprosorum cæteris , Thermarum
Fabarij percupidis documentum esto . Vtinam pro his pauper-
culis seiunctum tam certo , nouo in
ædificio domicilium siue lauacrum
fiat , propriusque in illud riuulus
deriuetur , quam pro certo curatio-
nis beneficiū experturi sunt , Ther-
mæ verò , vel hoc solo titulo , celebri-
ores celeberrimis euaderent . Misel-
lis prouidè prouideri poterit , nam è
superiorum Thermarum defluxu ,
seiuncta quædam posset commodiè
constitui Natatoriola . Quo quid
erga miseros misericordius præsta-
bit Fabariæ Princeps ? desidero , &
hoc infigo . At satisfiet huic meo , &
D. Guarinonij desiderio , quod pro
leprosis adeò votiuè petimus , qui se-
paratim ,

136 Cap. XI. Fabariensium Thermarum

paratim , aliquod habebunt balneolum , iuxta factam ab R^{mo} loci Abbatे promissionem . Prægnantibus aliqui non nocere , sed prodesse affirmant . Res matris & factus causa , triplici periculo grauis , duorum corpora & alterius insimul animum respicit . At nequicquam deinceps damni eueniat , oclamat , admonet , protestatur pius noster Guarinus . Grauidæ , inquit , nequaquam cæterarum more diu no[n]t uque lauitent , continenter , vix breuiori horulâ permiserim idque summum bis ex die , quod de validioribus , non delicatulis & mollicellis aio , eas quippe potius è Thermis serio ac seuerè eliminandas quam tolerandas ad existimo . Siquidem istud absque euidenti partus discrimine euenire nequit , nisi di[u] modo cautissime euitata omni excoriatione lauent ; Sanguinolentarum alia est ratio . Enim uero , cum subinterdum crassior , vegetior

getior & agrestis prægnans periculum effugit, id in exemplum sequamur minime trahas velim, quod enim vni hoc, centum alijs non contingit. Sic ille.

Qui ex lue venerea ægrotant, ab vsu Thermarum Fabariensium, lædi nonnulli existimant. Medicamentum enim hocce magnum atque sacram, morbum istum profanum, sordidumque non admittere aiunt immo ne eos quidem sufferre qui hydrargyrum tractarunt. Quod falsum esse experientia ostendit. Fabritius quippe Hildanus anno 1610. hasce Thermas iuuisens, linimentum ex Mercurio crudo, axungia porcinâ extincto confecit, eoq; totum fere corpus, præter caput & pedes iuuenis cuiusdam Tyronis sui iniungi curauit & deinde Thermas ingredi iussit, vt exploraret, an mutatio aliqua inde ipsi accideret, sed nulla subsecuta fuit, fæliciterque

L.

post

131 Cap. XI. Fabariensium Thermarum

post iniunctionem Thermis, velut & ante illam usus est: quin immo certioris cognitionis causa in seipso quoque idem tentauit; Sed neque ipsus ullam alterationem expertus fuit. Diligenti tandem & nobili disputatione digna quæstio nobis iam oritur, quam & Croquerus Serenissimi Ducis Raziuli Medicus, Gulielmo Fabritio Hildano ex Poloniâ nuper in Heluetia proposuit quamque plurimi Nobiles ac Plebei saepius iam de anno 1629. Per aestatem ingenioso litigio examinarunt, an videlicet aqua Thermarum Fabariensium extra illam speluncam, in qua duo illa lignea domicilia specui imminent, eodem fructu sine ylla efficacie & virtutis iacturâ in campum aliquem, & patentiorem locum educi, ac usui aut saluti esse possit foras deinde educta?

Nemo ambigit tantum Aquæ Thermalis etiam foras Thermarum
speluncam

speluncam efferrī posse quod vnius alteriusuē corpori lauando sufficeret. Et verò ex spelunca illa profundissima in montem , primo humeris , deinde equorum subsidio esset transferenda . Quo causu aqua illa , cuius calor ad originem adeo temperatus est , ut vnicuique ex industria accommodatam dicentes , iter vnius horulæ in proximum viculum Valenz , aut domum Ragolensem apportata frigescieret , ibidemq; rufus calefacta , vires suas plurimum deperderet : harum enim facultas non in crassa quadem ac terrestri , sed aërea & spirituosa materia consistit , accedit intra antri barathrum , aquam calidam tam copiosè ex rupibus promanare , vt ad rotas molares plures circumducendas facile sufficeret ; si quis ita ad scaturiginem locum occupauerit præsertim in superioribalneo , is continuo & sine villa intermissione , noua & recente irrorabitur

140 Cap. XI. Fabariensium Thermarum

rabitur aqua & quidem integra idest
plenissimè suis viribus præditâ; quod
minime fieret si ex spelunca in pro-
ximam villâ aut domū asportaretur,
vaporem præterea Thermarum sa-
luberrimum esse affirmavi, quod si
quispiam eâ vteretur aquâ Thermalis
extra speluncam is vapore ~~is~~ salu-
tifero priuaretur. Commodius
autem & opportunius Thermarum
Aqua in ipsa hospitia Fonti proxima
intraque Antrum sita deferri, eaque
haud insalubriter forsan lauare pos-
set. Lotum est in eadem aqua non
sine fructu, tum in Valenz, tum in
Ragaz. Et anno Christi 1596. duo-
decim lagenæ aquâ Thermalis plenæ
Lucernam usque Medicoram con-
silio, pro lauanda Nobili matrona
ablatæ sunt, quibus non sine fructu
usam esse ex nobili colonello & Hie-
rosolimorum Equite Rodolpho
Pfeiffer Lernate Heluetio cog-
noui. Cæterum quoque à fonte ipso,
usque

usque in supremam montis planitatem, quā Fabariā, quā Valenziā versus fūilibus, æreis aut ligneis tubis, rotarum aquatilium, & Torrentis Taminnae opella sursum duci, ac in sublimē eleuari possent, irrito tamen labore tantæ molis opus foret, hyeme vniuersa subruente.

Postremo tandem sexennio ab hiac, simplicibus viris occurit Thermales aquas absque virium & caloris iacturā, quibus ut ilissimē lauant aduenæ, immo, vñiuersum Fontem calidum foras in patentem & liberum locum secus annem Taminnam ex parte Valenz, seu in radice montis Vasanæ, intraque vallem Sanuz in petra ipsa pertubos Aquæ ductus immisso ducentis ferè septempedis, seu sesqui iactu validæ bombardæ ab ipsa origine educi, dignarique posse: quibus modernus Abbas cum locum à designatis hominibus solerter explorari iussisset

post series cogitationes ascensus, in discursu & colloquio familiari, deinde alios non paucos prudentes viros Medicos, Philosophos, Architectosque ita docuit ut & ijdem secum senserint, aquam Thermarum cum calore, spiritibus, vapore que facilissimo impetu, conuexitate fluxum adiuuante, per tam breue spatium, commodè foras efferri posse.

Eam, de Thermarum translatione quæstionem (velut pauidam sub frugum manipulis coturnicem tantum vestigat, non captat aliquando canis) tum Medicilento odore & tacite secum agitare scrutari que verius, quam asséquiceperunt, rem acribus ingenij apprimè dignam alijs post se deferentes. Et cecidit sors super Guarinonium nostrum, Medicum à pietate & doctrinâ percerebremus. Cuius ea de re subtilem, efficacem & prænobilem discursum sub calcem ferè operis afferemus à nobis latinitati donatum.

Atque

Atque haecenüs de veteri Fabariensium Thermarum loco, situ, natura, virtutibusq; &c. egimus, nunc vero cum ingenti gaudio de felicissimâ Fontis in commodiorem locum Periuatione narrare auspicabimur. Lege, attente Lector, & sub animi iubilo Ter optimo Cælesti Numini ab optimo maximo beneficio, maximas age gratias.

* *

